UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Verbo Dei Libri Tres

Helm, Heinrich

Coloniae, 1560

VD16 H 1736

Verbum Dei custodiendum est in ore. Cap. L.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30114

Visual Library

Quia in iſto gladio morientur omnes peccatores. Et om- *Amos 9.*
nes qui accipiunt gladium iſtum iniuſtè, ad excuſandas
excuſatiões in peccatis & populi faſcinationẽ & percuſſe- *Matt. 26.*
rint cum eo côſcientias infirmorũ: in gladio iſto peribũt. *1. Cor. 8.*

Maria mater verbi, verba Dei omnia quę de Chriſto di- *Luc. 2.*
cebantur conſeruabat in ſuo corde & contulit ea cum ſcri
pturis ſacris, In hoc nobis dans exemplum, vt & nos ita fa-
ciamus. Sic memoria noſtra, arca Dei, in qua manna cæle- *Deut. 31.*
ſte, panis vitæ, ipſum Dei verbum reponatur ad cuſtodi- *Heb. 9.*
endum & rememorandum.

Verbum Dei cuſtodiendum eſt in ore. Cap. L.

QVartò verbũ Dei cuſtodiendum eſt in ore, per prę- A
dicationem, doctrinam, & mutuam collationẽ. Sic
Dauid ait: Loquebar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regũ, *Pſal. 118.*
& non confundebar. Quem Deus mittit, verbum Dei lo- *Ioan. 3.*
quitur. Sic abunde verbũ Dei habitare debet in nobis, Nã *Col. 3.*
loquela ſua vnũquemq; manifeſtat. Nihilominus diabo- *Matt. 26.*
lus, Iudas proditor, hæreticus peſtilens, ſicut omĩs malus,
verbum Dei loqui poteſt, docere alios, ſed non docere ſe- *Rom. 2.*
metipſum. Sicut illi, qui dicunt & non faciunt: Sanant ali- *Matth. 23.*
os, & non curant ſemetipſos. Ideo perfectus modus ſequi- *Luc. 4.*
tur, ſine quo præcedentes, plus obſunt quàm proſunt, ma
gis damnant, quàm ſaluant.

Verbum Dei cuſtodiendum eſt in uita & opere.
Caput LI.

QVinto modo, ſeruandum eſt verbum Dei in opere, A
vita, moribus & impletione: Nam ſeruus ſciens vo- *Luc. 12.*
luntatem domini ſui & non faciens, vapulat mul-
tis. Nec auditores legis, ſed factores legis iuſtificantur. So- *Rom. 2.*
lummodo terra illa bona & optima effertur laudibus, quæ *Matt. 13.*
accepto ſemine fructum attulit multum in patientia. Hæc *Luc. 8.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN